

Parochum amovibilem, quia cura residet pones Cardinalem Titularem, deputare Sactifiam, concionatorem, & alios ministros, de quibus in discept. a. n. 119. non obstantibus ex adverso deductis, quibus respondebitur infra. Et quatenus ipsi hos actus non fecerint, non tamen ex hoc actu negativo argui potest actus contrarius impotentia in successore, praesertim cum actus illi sint facultativi, Abbas conf. 101. n. 7. Rota dec. 630. n. 15. p. 4. tom. 3. in rec.

SUMMARIUM

Nonae Quaestiones.

- 1 In materia derogationis ad Pontificis mentem recurrendum est.
2 Derogatum censetur per Pontificis privilegia, & Constitutionibus antecedentibus per posteriores editas per viam legis.
3 Item derogatum censetur ex Constitutione ad publicam utilitatem edita.
4 De derogatione in specie facta per Sixtum V. privilegia, & Indultam Ecclesiis in titulum erectis, quam illis Regularium.
5 Per derogationem cum clausula illorum tenorem pro expressis, & derogatum censetur quibuscumque precedentibus constitutionibus, & privilegiis etiam derogatoriam derogatorias habentibus.

NONA QUÆSTIO.

AN sit derogatum per Bullam Sixti V. & Diploma Cardinalis Titularis exemptioni Fratrum Servorum inferventium dictae Ecclesiae Sanctae Mariae in Via. Ex adverso scribentes multa involunt, & continent circa hujusmodi Derogationem, sed nos paucis quaestione expediemus.

Et supponendum est in materia Derogationis recurrendum esse ad mentem Summi Pontificis. Rota dec. 137. p. 1. diversis dec. 91. n. 13. post Vivian de jure patr. & dec. 100. par. 5. recent.

De mente autem Pontificis constare dicitur, quando edit Constitutionem posteriorem per viam legis, nam tunc non est opus derogare in specie Constitutionibus, & privilegiis antecedentibus, Felin. in c. Nonnulla, n. 9. de rescript. Pet. dec. 164. n. 2. l. 2. in antio. Penia dec. 1142. nu. 5. Rota in Complana Juris patronatus 3. Decembris 1604. coram Litia, registri. post Vivian de jure patr. lib. 4. c. 10. n. 24. & 267. vers. Quarto fuit responsum. Buratt. dec. 390. n. 3. & dec. 454. n. fin. post Modernos de manu. & dec. 8. n. 9. p. 1. rec.

Secundo, constat de mente Pontificis, quando edit Constitutionem ad publicam utilitatem; Tunc enim non est necesse aliqua derogatio, Rota in puncto secularizationis Ecclesiae Regularis, dec. 174. n. 7. p. 1. rec. Fagnan. in c. Caterum, n. 32. de rescript. & in c. Cusani qua n. 38. eodem tit. Frances de Eccles. Cathedral. c. 10. n. 50.

Quod autem Constitutio Sixtina facta fuerit ad publicam utilitatem, & decorem Ecclesiae Romanae patet ex ipsamet Constitutione in §. 1.

Sed sumus extra difficultatem, quia Sixtus V. in sua Constitutione Praesentibus Titulorum derogavit, in specie etiam Indultis, & privilegiis non solum eorum Ecclesiarum, quas erexit in Titulum, sed etiam Ordinum Regularium, hinc clariis verbis: non obstantibus Constitutionibus, & Ordinamentis Apostolicis, ac Ecclesiarum supradictarum, & aliarum quaecumque, necnon Ordinum Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmata alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, illis ac quibusvis personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenorem praesentibus pro expressis habentes specialiter, & ex parte derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ex qua derogatione facta cum clausula, illorum tenorem pro expressis, & censetur derogatum quibusvis Privilegiis, & Constitutionibus habentibus, etiam derogatoriam derogatorias, Felin. in c. Nulli n. 4. de rescript. & in c. Accedentes, n. 5. de rescript. Mohedan. dec. 1. de rescript. Gregor. XV. in puncto de privileg. concessis Religiosis Hierosolymitanis, dec. 109. & ibi Adden. nu. 10. ubi quod haec clausula fuit inventa, quia Papa derogare posset gratias praesentibus, de quibus notitiam non habet, alias nimis ardeatur, si propter ignorantiam illas revocare non posset, Rot. dec. 630. n. 42. & 43. p. 4. rec. tom. 3.

SUMMARIUM

Decimae Quaestiones.

- 1 Regula de jure quaestio non tollens, non est expresse derogandum, quando gratia de sui natura est iurisdictionis.
2 Quae sint de sui natura iurisdictionis, ubi de unione, erectione, & similibus.

DECIMA QUÆSTIO.

AN fuerit necesse derogare in Diplomate Tituli in specie Privilegii Summorum Pontificum, qui concesserunt exemptionem Fratrum Servorum; Cum agatur de jure tertii, & sic Regulae de jure quaestio non tollendo, & sic Regulae de jure quaestio non tollendo, & sic Regulae de jure quaestio non tollendo.

Et negative est resolvendum, quia Regulae de jure quaestio non tollendo, & jure tertii non est expresse derogandum, quando Papa facit actum de sui natura praedicti iurisdictionis, Dec. conf. 113. n. 17. vers. Non obstat, Caffador. dec. 1. de privileg. Gonzalez super reg. 8. Cancell. gloss. 36. n. 48. Gratian. discept. 458. n. 11. Seraph. dec. 762. n. 4. & m. ult. & dec. 1445. nu. 7. Rota in recent. dec. 48. n. 1. & dec. 174. n. 2. & 7. p. 1. & dec. 11. nu. 25. & dec. 114. n. 1. p. 6. Buratt. dec. 193. n. 4. Adden. ad eand. dec. 576. nu. 13. & 17.

Quod autem erectio dictae Ecclesiae S. Mariae in Via in Titulum sit actus praedicti iurisdictionis Fratrum, non est dubitandum, sic Rota coram Seraph. a. dec. 1445. n. 6. ibi, Non obstat, quod Regulae de non tollendo derogatum non fuerit, quia non procedit in gratia de sui natura praedicti iurisdictionis, ut est unio, exemptio, erectio, & similes, Millin. dec. 198. n. 4. Adden. ad dec. Buratt. 576. n. 12. Gratian. d. discept. 458. nu. 16. Fagnan. in c. Caterum, n. 29. qui loquitur in erectione, & secularizatione. Item in c. Casum qua n. 37. eod. tit. & in terminis Frances de Eccles. Cathedral. c. 10. n. 52. Nec in hoc potest congeri conventus dictae Sanctae Mariae in Via, quia Papa in hoc utitur jure suo, optimè idem Frances loc. cit. n. 55.

SUMMARIUM

Undecimae Quaestiones.

- 1 Regulares in aliqua diocesi degentes, quibus in casibus sunt exempti ab illius Episcopi iurisdictione.
2 De differentia circa iurisdictionem inter Cardinales Titulares habentes plenum ius subiecto Regularis sui Ecclesiae inferventibus, & Episcopi nullam iurisdictionem habentes, nisi in casibus a S. Conc. Trid. & Constitutionibus Apostolicis praescriptis.
3 Cardinales Titulares facultatem habent deputandi Vicarium in suis Ecclesiis Regularibus, necdum a jure communi, sed etiam a Concilio Basiliensi, sub Eugenio III.
4 Iurisdictionem quam habent Cardinales in suis Titulis, est ordinaria, & Sede vacante non expirat, illamque exercere possunt per suos Vicarios, dum sunt in conclavi.
5 Vicarius a Cardinali Titulari deputandus in Ecclesia Regulari debet esse Regularis, & de rationibus, & num. 10.
6 Cardinales Titulares Monachorum rationem a Monachis habere debent.
7 Ecclesia Regularis praescri non debent Clerici seculares, neque ab eis illare reformari, praesertim si Vicarius est Regularis.
8 De intelligentia text. in cap. In nova 16. qu. 2. & quando appellacione Clericorum Monachi.
9 Exemptio Regularis a iurisdictione sui Superioris Regularis per deputacionem in Vicarium, locum non habet in iis, quae respiciunt regularem observantiam.
10 Regulares Ecclesiae Titulari inferventibus possunt tanquam subditi per Cardinalem Titularem in Vicarium deputari absque Superioris Regularis licentia ad instar Episcopi assumentis in cubicularium aliquem Religiosum abque Abbatis licentia.
11 Declaratio Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium recipit interpretationem a jure communi, ut procedat si Episcopus, vel Cardinales Titulares vellet deponere in Vicarium sibi non subditum.
12 Parvi deputatio in Vicarium Regulari Titulari spectat ad Cardinalem Titularem, & declaratur quando locum habeant Concilio Tridentini dispositio, & privilegia Innoc. VIII. & Leonis X.
13 De differentia inter deputacionem, & approbationem Confessoriarum, ut deputatio in Ecclesia Regulari spectat

Episcopi Superiori Regulari, approbatio autem Ordinarii.

- 14 Conclusio, quod in Ecclesia seculari Praelatus habens iura Episcopalia Confessorios etiam approbat, intelligitur quatenus habeat territorium separatum, & nullius.
15 Cardinales Titulares habentes in suis Ecclesiis Regularibus sibi plenum ius subiecto, territorium separatum habere dicuntur.
16 Papa potest ex privilegio concedere territorium separatum, ac iura Episcopalia.
17 Quae dicta sunt de Cardinalibus Titularibus circa electionem, & deputacionem Parochorum, Confessoriarum, & concionatorum, locum sibi vendicant etiam quoad Sacras supplicetium, ac Theauri Ecclesiae custodiam habentes.
18 Jus visitandi Ecclesiam habens, visitare potest Sacram, vel sacristiam, omniaque supplicetia, & ornamenta cultui Divino necessaria.
19 Decreta irritantia in Constitutione, & diplomate Tituli opposita insciunt quaecumque titulum, & possessionem.
20 In possessore pendente a negotio principali prius terminandum est negotium principale, quam concedatur manutentio.

UNDECIMA QUÆSTIO.

AN sit differentia inter iurisdictionem, quam habent Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum, & illam, quam habent Episcopi in Regularibus existentibus in suis Diocesis.

Haec quaestio non esset examinanda, quia parum conducat rem nostram, sed quia Adversarii conquirentur apud Illustrissimos Praelatos, quibus demandata est S. D. N. humilissimo controversia ad referendum Sancti Suae, quod si concederet iurisdictionem Cardinalibus Titularibus in Regularibus inferventibus Ecclesiis Titulorum; Episcopi possent eodem jure pretendere esse sibi subiectos; Ut tollatur hujusmodi aequivocatio.

Dico, quod hodie propter privilegia concessa a Summis Pontificibus Regularibus, non habent Episcopi in illos, qui morantur in eorum Diocesis, nisi in nonnullis casibus iurisdictionem, qui casus enumerantur a Fagnano ulque ad 47. in cap. grave, & n. 27. usque ad fin. de offic. Ordinarii, quod extendit Barbol. de potest. Episcopi. allegat. 105. ad quinque ginta duo, & n. 14. usque ad 89.

In plurimis autem ex istis casibus procedunt Episcopi tanquam Sedis Apostolicae Delegati, ea ratione, quia Summi Pontifex nolit illis antea exemptionem, sed Apostolica Autoritate delegare Episcopum, ut in eos in dictis casibus exerceret iurisdictionem.

At Cardinalibus plenam, & omnimodam iurisdictionem concessit in inferventibus Ecclesiis suorum Titulorum reducendo illos subiectos Ordinario, sicuti ante exemptionem erant de jure communi, ut supra firmatum est.

Propterea Episcopi non possunt sumere exemplum a iurisdictione Cardinalis Titularis. Cum in sua Ecclesia habeat eo pleno jure subiectos, quod non est concessum Episcopi, qui nullam habet iurisdictionem, nisi in casibus praescriptis a Concilio Tridentino, & a quibusdam Constitutionibus Apostolicis, & propterea trepidant timore, ubi non est timor.

Nec ex eo, quod Episcopus in Ecclesia Cathedrali Regulari habeat omnimodam iurisdictionem in Monachos exceptis, quae respiciunt Regularem observantiam, ut resolvit Rota in Montis regulari iurisdictionis coram Coccino, non possunt inde illi Episcopi trahere exemplum, ut in Monachos, sive Regulares animadvertant, ita nec possunt illud trahere a Cardinali Titulari.

Firmata igitur nostra iurisdictione in Fratres inferventes Ecclesiae Sanctae Mariae nostri Tituli, & sublati omnibus, quae ex adverso deducta fuerunt, Superest videre, An Cardinali Titulari competat facultas deputandi Vicarium Titularem in Ecclesia Regulari sui tituli.

Et resolvendum est affirmative; Haec enim facultas non solum competit ei a jure communi, c. In nova 16. qu. 7. c. Cum simus 9. qu. 4. c. Quomiam 86. dist. cum aliis per Sbrozz. de Vicar. Episc. l. 1. in probem. num. 6.

Sed etiam tradita fuit ei a Concilio Basiliensi, quod tunc erat sub obedientia Eugenii Quarti; Quicquid Adversarii dicant cum nondum fuisset dissolutum, & Ferrariam translatum, & Concilio Lateranensi, dum mandant, Card. de Luca, Lib. III.

quod per seipsum, vel saltem per Vicarium idoneum Ecclesias Titulares visitent, cuius Lateranen. decreta in hac parte confirmavit Sixtus V. sua Constitutione de praesent. tit. Card. §. 12.

Et propterea cum Cardinalis Zabarella in Clement. Ne 7 Romani, §. Irritum, qu. 3. de elect. dixerit iurisdictionem, quam habent Cardinales in suis Titulis esse ordinariam, & non expirare Sede vacante, Fagnan. in c. Cum olim de major. & obediens. dixit, cum non possint illam exercere per seipsum, dum manent in Conclavi debere & posse exercere per suos Vicarios, & Ministros.

Vicarius autem deputandus a Cardinali Titulari in Ecclesia, cui interserviunt Regulares, non potest esse Clericus secularis, sed omnino debet esse Regularis, quia cum ea, quae spectant ad Divinum Officium, & servitium dictae Ecclesiae more Regulari debeant peragi, Rota decis. 73. par. 1. in rec. melius possunt omnia exerceri sub Vicario Regulari tanquam melius informato, quam seculari, ut notant Jo. Andr. & Geminian. in c. Nullus Religiosus, de elect. in 6. Barbol. de potest. Episcopi. alleg. 105. num. 92. Cardinalis enim Titularis debet habere rationem Monachorum a Monachis, cap. Cum Pastorali: 3. qu. 7. Turrecrem. in c. Si quis, nu. 2. vers. ad Terim, & ibi Praepos. n. 22. dist. 58. & in principio dicit, quod Ecclesia Regulari non debent praefici Clerici seculares, vel inter eos esse Beneficiatus, c. Cum inter, de Religio. domib. & n. 1. col. 2. vers. Probatur etiam ratio, dicit quod Ecclesia Regularis non debet reformari a Clericis secularibus, & multo magis hoc procedit, quando constituitur Vicarius Regularis in Ecclesia, in qua Episcopus est loco Abbatis, Turrecrem. loc. cit. vers. Nam idem esset.

Nec obstat textus in c. In nova 16. qu. 2. ubi habetur, quod Vicarius non debet disceptare ab Episcopo in professione, & habitu, quia textus ille loquitur de discrepantia professionis, & habitus laicalis, non autem de professione, & habitu Clericali. Cum ibi dicatur, Episcopus laicos non habeat, sed ex proprio Clero, & hoc casu appellacione Cleri veniunt Monachi, Turrecrem. in d. c. Si quis, nu. 2. ad verbum in corpore, Praepos. ibid. n. 2. vers. Potest responderi.

Nec obstat, quod si Regularis constitueretur Vicarius, atromeretur a subiectione Superioris Regularis, quia ultra quod non intendimus illum subtrahere in his, quae respiciunt Regularem observantiam; Nihilominus si subtraheretur, & hoc debet tolerari propter majorem Ecclesiae utilitatem, ut dicunt Turrecrem. Praepos. loc. cit. vers. Nec obstat si dicitur iste, vers. Nec obstat quod per hoc.

Et in simili videmus, quod licet inquisitores hereticae pravitatis, & eorum Vicarii, substantione Officii iurisdictioni Sacrae Congregationis supremae, & Universitatis Inquisitionis, non tamen eximuntur a iurisdictione superioris Conventus in his, quae spectant ad Regularem observantiam, ut ex Zanardo, Santarellio, Rodriguez, & Homobono, tenet Carena de Officio Sanctae Inquisitionis, par. 1. tit. 5. §. 8. nu. 69. 70. & 71. Et ita pluries ab eadem Sacra Congregatione fuit declaratum, alias si deputaretur Vicarius secularis, esset arare in Bove, & Afino, contra text. in c. Cum casum, post med. ubi Gloss. in verb. Afino, de elect. & in c. Presbyteros 16. qu. 1. & in Clement. 1. de elect. Fagnan. in d. cap. Cum casum, num. 9. quod intelligit de mente Buratt. num. 10. & Imola n. 1. Si homines disparis professionis affocerent ad unum effectum, ita ut fit unum corpus, quod & resolvit Rot. decis. 742. n. 21. coram Merlin.

Et hoc casu non est necessarium, quod Frater deputatus Vicarius Titularis a Cardinali Titulari obtineat licentiam a suo Superiore, quia ea omnia ex adverso adducta procedunt, quando vellet Cardinalis Titularis assumere alium Religiosum sibi non subditum ad tale officium, secus quando eligit suum subditum. Qualis est unus ex Fratribus inferventibus in Ecclesia Titulari; Sufficit enim licentia eiusdem Cardinalis tanquam dicit Fratris Superioris, sic Navarr. conf. 2. de Regul. ad fin. Sanchez ad praepos. Decalog. lib. 6. c. 13. n. 89. & facit quod dixit Gloss. in cap. cum Pastoralis 2. qu. 1. quod Episcopus potest assumere sibi Religiosum in Cubicularium abique licentia Abbatis, vel Superioris, si non sit exemptus, eo quia Episcopus est eius legitimus Superior. Et hanc doctrinam Gloss. post Gregor. Lopez sequitur Sanchez loc. cit. n. 99. ubi dicit ita intelligendos esse Doctores, qui licentiam Abbatis volunt esse necessariam, & illos qui putant hoc posse Episcopum etiam invito Abbate.

Nec quicquam facit declaratio asserta Sacrae Congregationis Episcoporum, & Regularium, quia recipit interpretationem a jure communi, Coccin. dec. 157. n. 6. Et propterea intelligenda est, quando Episcopus vellet deputare Religiosum

giosum sibi non subditum in Vicarium, & in hoc creditus nullam adesse difficultatem.

12. Secundo, poterit deputare Parochum, nam cura Animarum per erectionem dictæ Ecclesie in Titulum fuit ablata à Superiore, & Conventu, & translata in Cardinalem Titularem, ut patet, tum ex Concilio Basiliensi. Lateranensi. Constitutione Sixti V. & Diplomate Tituli registr. in calce disceptationis. Ad ipsum spectat deputatio Parochi, Rota decis. 2. de excess. Pralat. in noviss. Tondut. quest. benef. par. 2. c. 1. §. 5. num. 10.

13. Non obstat dispositio Concilii Tridentini, sess. 25. cap. 11. de regular. & assertum Privilegium Innocentii Octavi & Leonis X. quibus cavetur, quod Parochus deputetur à Superioribus Regularibus, quia & Concilium Tridentinum, & prædicta privilegia habent locum in Ecclesia Regulari subiecta Superioribus Regularibus, secus in Ecclesia Regulari jam secularizata, & Cardinali Titulari pleno jure subiecta, qua omne Jus, quod habebat Superior Regularis fuit translatum in Cardinalem Titularem, qui subrogatus fuit in ejus locum, Rota dec. 252. n. 4. par. 5. recent. latè Tamburin. de Jur. Abbat. disp. 15. q. 11. n. 9.

14. Et ferè in terminis de Ecclesia Parochiali erecta in Collegiam, quod cura Animarum debeat exerceri per Præpositum, in quem vigore erectionis cura fuit translata; seu ab eo deputandum, dixit Rota dec. 37. n. 1. & 2. p. 9. rec.

15. Quo verò ad deputationem Confessariorum, aliqui ex Adversariis æquivocant inter deputationem, & approbationem. Aliud est enim deputare, aliud approbare; Nam sicuti in Ecclesia Regulari, Superior deputat Regulares ad audiendas Confessiones secularium, Ordinarius verò, cui præsentantur, approbat ad præscriptum Concil. Trident. c. 15. sess. 13. de reformat. & habetur in Clement. Dudum, §. Statuimus etiam, de Sepult. Barbof. ad d. cap. 15. nu. 7. Sic in Ecclesia seculari Prælatus, qui ibi habet Jura Episcopalia, Confessarius deputat, imò, & approbat, Ricc. dec. 22. n. 4. & 5. p. 4. Statuz. de Penitent. tom. 4. disp. 28. sect. 5. n. 3. Tambur. de Jure Abbat. tom. 2. disp. 6. q. 11. Barbof. ad d. cap. 15. nu. 28. Clarin. latè cap. 208. n. 46. 68. & 69.

16. Neque obstat, quòd Prælati habentes Jura Episcopalia non possint approbare Confessarios, neque Concionatores, nisi habeant Territorium separatum, & sint nullius Diocesis, ut resolvit Sacra Congregatio Concilii, cujus resolutionem refert, & sequitur Rota coram Penia, dec. 1052. & dec. 332. par. 1. in recent.

17. Quia, ut supra dictum est in octava questione. Cum Cardinalis Titularis habeat in sua Ecclesia Regulares sibi pleno jure subiectos, perinde ac si haberet Territorium separatum, ut dixit Rota decis. 44. num. 5. post Tambur. de Jure Abbat. tom. 2.

Nec indè inferitur præjudicium Summo Pontifici, quia si vult potest suo privilegio concedere Territorium separatum, & Jura in eo Episcopalia, Rota decis. 46. num. 5. & 6. post 3. tom. Tambur.

Sed quicquid sit de questione. An Cardinalis Titularis possit approbare Confessarios, & Concionatores, cum hodie solum de deputatione agatur; quæstio circa approbationem agitando erit inter Eminentissimos Cardinalem Vicarium, & Cardinalem Titularem.

Quod dictum est de Parocho, Confessariis, & Concionatore, multò magis habet locum in Sacristia, quia cum ad eum spectet cura suppellectilium, quæ sunt destinata Cultui Divino in dicta Ecclesia, & curare, ut missæ, quæ prævia elemosyna à fidelibus expentur, ibidem celebrentur, & habere custodiam thesauri Ecclesie, ut in c. 1. de Offic. Sacristæ, Rota coram Coccino dec. 238. nu. 9. propterea Cardinalis Titularis potest eligere, quem voluerit ex dictis Fratribus, ut resolvit Rota dec. 203. n. 7. coram Coccino.

Nec obstant ea, quæ à theologis ex adverso scribentibus opponuntur circa deputationem Sacristæ, & visitationem Sacristiæ, ex eo quod Sacrista sit Regularis, & illi ad nullum Cultum Dei teneantur, ut debuit Ecclesie Titulari.

Nam cerè hæc omnia impertinenter dicta sunt; Si enim Ecclesia Titularis, cui inserviunt Regulares, est subiecta in temporalibus, & spiritualibus pleno jure Cardinali, eam in Temporalibus, & Spiritualibus sollicitè, fideliter, & prudenter regere, & gubernare debet, frequenter visitare, & circa Cultum Divinum invigilare, ut mandatur à Constitutione Sixti V. Quis erit, qui negare audeat sub nomine Cultus Divini non venire deputationem Sacristæ, & Sacristiæ visitationem; Et si negligens fuerit semel deputatus, quin possit amoveri à Cardinali Titulari, sicut potest removeri ab Episcopo, textus est in c. 2. de Offic. Custodis in fine, qui licet loquatur de Cultore, idem tamen est Custos, & Sacrista, ut notat Azor. tom. 2. Institut. Moral. lib. 3. q. 16. Sebastian. Cæsar. de Eccles. Hierarch. qu. 2. Proæm. nu. 6. Barbof. Juris univers. lib. 1. cap. 27. num. 11. in fine.

Qui autem habet jus visitandi Ecclesiam, cerum est posse visitare Sacristiam, sive Sacristiam, ibidem suppellectilem, paramenta, & ornamenta necessaria, redditus Sacristæ, Vasa Sacra, Cruces, Calices, Patenas, Thuribula, Candelabra, & alia, de quibus per Fulconem de Visitat. l. 1. c. 3. Ventriglia in prax. tom. 2. annot. 24. n. 46. Pac. Jordan. lucubr. tom. 2. l. 7. tit. 1. n. 175. ubi ponit modum visitandi Sacristiam.

Cum ergo Fratres degentes in Conventu sanctæ Mariæ in Via non habeant assentium Juris communis, Breve Leonis illis non suffragetur, quia per erectionem in Titulum dictæ Ecclesie evanuit, consuetudo immemorabilis nulla adit, cessi adesse, fuit sublata, præscriptio non potest juvari, nullumque Jus habeant se opponendi in his, quæ spectant ad Cultum Divinum, & curam animarum in dicta Ecclesia Cardinali Titulari, & sint pleno jure, & omnino subiecti eidem Cardinali, ablata à Generali, Provinciali, & Superiori omnis in eos Jurisdicção, non est cur petant manuteneri in eorum prætenfa possessione, quæ & non adit, & si adesse, per decreta irritantia apposita in Constitutione Sixti, & Diplomate Tituli, quæ insculit Titulum, & possessionem, ut per plures decisiones Rotales ostendit Barbof. claus. 40. n. 18. fuit sublata.

Nec potest hodie dari de possessione, quia solum tractatur, ut Illustrissimi Domini me referant Sanctitati sue, quam auctoritatem habent Cardinales Titulares in Ecclesia Regularibus suorum Titulorum, cum ex hoc pendat bonum Jus, vel Cardinalis Titularis, vel Fratrum inservientium d. Ecclesie Titulari, & quando possessio pendet à negotio principali, ut hic, debet prius terminari negotium principale, Gregor. XV. dec. 283. & ibi Adde. n. 18.

S U M M A
S I V E
C O M P E N D I U M

Eorum, quæ continentur in hac Prima Parte Tertii Libri de Jurisdictione, & Foro competenti.

- I. PROEMIALIA.
- De pluribus jurisdictionis generibus, vel speciebus respectivè, aliisque generalitatibus ad materia præfationem, à n. 1. ad 12.
- II.
- De concursu utriusque fori Ecclesiastici, & secularis in genere, eorumque respectivè competentia, à n. 13. ad 31.
- III.

III.

De controversiis jurisdictionalibus fori Ecclesiastici inter plures ejusdem fori Superiores Magistratus contententes inter se de jurisdictione activa, à n. 32. ad 49.

IV.

De controversiis pariter fori Ecclesiastici, & inter Ecclesiasticos Prælatos, & Magistratus, vel subditos super jurisdictione passiva ratione exemptionis, à n. 50. ad 62.

V.

De controversiis jurisdictionalibus inter plures ejusdem respectivè fori Judices, & Magistratus super unius majori competentia, quæ illam alterius suffocet, vel cessare faciat, à 63. ad 72.

VI.

De plerisque aliis ad materiam jurisdictionalem pertinentibus, à n. 73. ad fin.

S U M M A R I U M.

- I.
- 1 De duplici genere fori, & jurisdictionis Ecclesiasticæ, & secularis.
 - 2 Antiquus temporibus Papa erat caput fori Ecclesiastici, & Imperator fori secularis in toto Orbe, hodie vero in Ecclesiastico id procedit, sed non in seculari, in quo quilibet Princeps est Imperator in suo Principatu.
 - 3 De Magistratibus, & Officialibus subordinatis utriusque fori.
 - 4 De jurisdictione Ordinariam, & delegatorem.
 - 5 De alia distinctione competentia, & incompetentia, vel majoris competentia.
 - 6 De hujus competentia generica distinctione inter forum Ecclesiasticum, & secularem.
 - 7 De differentia inter incompetentiam fori secularis cum Ecclesiastico, & fori Ecclesiastici cum secularibus.
 - 8 De competentia specialis in quolibet respectivo foro, unde manet.
 - 9 De accidentalibus incompetentia ratione exemptionis.
 - 10 De divisione Juridicæ civilium, & criminalium.
 - 11 De causarum connexionem, vel per judicialitate, quæ competentiam, vel respectivè incompetentiam causat.
 - 12 Agitur prius de foro Ecclesiastico.
- II.
- 13 Distinguntur quatuor inspectiones competentia fori Ecclesiastici.
 - 14 De personis Ecclesiastico foro subiectis.
 - 15 Eriam Novitii sunt personæ Ecclesiasticæ ad effectum fori.
 - 16 Clericus actor conveni laicum reum in suo foro laicali.
 - 17 De reconventionem Clerici actoris in foro laicali.
 - 18 Clericus feudatarius subiacet Principi laico domino feudum in concernentibus feudum.
 - 19 De aliis casibus, in quibus Clericus subiacet foro laicali.
 - 20 De Clericis in minoribus, non habentibus requisita Concilii Tridentini.
 - 21 Quando laici etiam rei sint de foro Ecclesiastico, eique subiacent.
 - 22 De militibus aliquarum partium, vel Ecclesiasticarum militiarum an sint de foro Ecclesiastico.
 - 23 De uxoriis, & filii Clericorum Græcorum.
 - 24 De locis Ecclesiasticis, quæ sint de foro Ecclesiastico, & non subiacent laicis, ut sunt Ecclesie, Monasteria, Conventus, & similia.
 - 25 Quid de hospitalibus, aliisque piis locis, vel Confraternitatibus laicorum.
 - 26 Quæ sint bona, & jura Ecclesiastica ad Ecclesiasticum forum pertinentia, & præsertim decime spirituales.
 - 27 Quando bona laicalia, & indifferentia ratione personæ Ecclesiasticæ sint fori Ecclesiastici, & quando non.
 - 28 Quid in bonis de directo dominio Ecclesie, si questio sit inter laicos super dominio utili.
- Card. de Luca, Lib. III.

- 29 De causis fori spiritualis, quænam sint.
 - 30 De causis mixtis fori.
 - 31 De jurisdictione Pape in temporalibus.
- III.
- 32 Papa non habet necessarium privativum concursum jurisdictionis, & potestatis cum quibuscumque Prælati, & Superioribus Ecclesiasticis.
 - 33 Ideoque omnes prævenire potest, vel ab eis advocare.
 - 34 Sed non solet uti hac potestate, & de cognitione prima instantia ad Ordinarium spectante.
 - 35 De ordine, seu gradualitate causarum secundæ, vel ulterioris instantia.
 - 36 De questionibus jurisdictionalibus super jurisdictione activa inter Ordinarios, vel Diocesanos, & inferiores Prælatos.
 - 37 Omnia loca præsumuntur esse in aliqua Diocesi, & Territorium separatum Nullius Diocesis non præsumitur.
 - 38 Quomodo ista qualitas Territorii separati probetur.
 - 39 De differentia inter probationem per privilegium, & alteram per immemorabilem.
 - 40 Quale debeat esse privilegium, & quod non sufficiat illud exemptionis passivæ, à qua non inferitur ad jurisdictionem activam.
 - 41 De activa jurisdictione ordinaria inferioris Prælati in terra alienam Diocesim, ejusque probatione.
 - 42 De differentia inter hos Prælatos, & de prerogativis eorum, qui habeant Territorium verè separatam, & Nullius.
 - 43 De iis, quæ Ordinariis delegata sunt in locis subiectis Prælati.
 - 44 De Superioribus Regularibus, aliisque localibus intra Monasteria, vel Ecclesie fines, & ambium, ac personarum.
 - 45 Vicarij generales, vel foranei non constituunt diversam speciem Prælaturæ.
 - 46 Minusque Capitula Cathedralium, vel Collegiarum.
 - 47 De Cardinalibus in eorum titulis, & de Archiepiscopis Basilicarum, aliisque Capellarum, & locorum Protectoribus.
 - 48 Episcopus potest in quacumque Diocesi parte Tribunal erectum habere, & subditos evocare, etiam si essent plures Dioceses unita.
 - 49 Quid operetur loci distantia, vel asperitas itineris.
- IV.
- 50 Episcopus, vel alter Ordinarius Diocesanus habet fundatam intensionem cum omnibus Ecclesiis, & Clericis in Diocesi, æque hæc sola juris assistentia sufficit ad manutentionem.
 - 51 De privilegiis exemptivis Regularium cum activa jurisdictione eorum Prælatorum.
 - 52 Etiam aliquibus Ecclesiis secularibus id concedi solet.
 - 53 Et de Monasteriis Monialium.
 - 54 De moderacionibus, quas hæc privilegia exemptiva passa sunt.
 - 55 In quibus ultra generales moderaciones, exempti subiacent Ordinario, & præsertim Regulares in censuris, & aliis.
 - 56 De aliis casibus, in quibus Regulares exempti subiacent Ordinario loci.
 - 57 De moderacionibus exemptionum Monasteriorum Monialium.
 - 58 De casu negligentie Prælatorum.
 - 59 De exemptionibus accidentalibus ratione officiorum, vel munerum.
 - 60 De exemptione resultantè à suspicionè, & de pluribus exemptionis speciebus.
 - 61 Episcopus est competens in causa sua Ecclesie, vel mensæ, sed est recusandus.
 - 62 Suspectio in persona Episcopi influit in Vicarium, vel Baronem in officialem.
- V.
- 63 De causis ex quibus resultet competentia.
 - 64 Aliud est agere de competentia unius, in exclusionem alterius, qui sit incompetens, & aliud de majori competentia plurium competentium.
 - 65 De materia electionis, & variationis fori.
 - 66 Data pari competentia preventivo attenditur, & quando hæc adesse dicatur.

- 69 Quod fori loci delicti alterius fori preventionem quandoque preveniat.
- 68 In prima instantia inter plures Judices electio est actoris, in alia vero appellantis.
- 69 Quando fori originis, vel domicilii non attendatur oblationem bonorum in diversis Principatibus, vel Diocesis.
- 70 Si hereditas possideat bona in diversis locis, ubi sit agendum iudicium hereditatis, vel haec commissi.
- 71 De causarum conexione, vel prejudicialitate.
- 72 Quomodo iudex civilis imbebeat criminali, & e contra.

VI.

- 73 De potestate Papae supra Concilia generalia, eorumque derogatione.
- 74 De potestate temporali, ac iure territoriali Papae in toto mundo.
- 75 De jurisdictione Collegii Cardinalium Sede vacante.
- 76 De jurisdictione, & potestate Principum, & Magistratum secularium cum Ecclesiasticis.

PROOEMIALIA.

De pluribus jurisdictionis generibus, & speciebus respective, aliisque generalitatibus ad materiam.

Jurisdictionis, ac fori magis generica distinctio, est inter forum spirituale, seu Ecclesiasticum, & prophanum, vel saeculare; Ita civilis, seu politico Orbe regulato ab his duobus foris, vel Imperii generibus, & modo, quo materialis Orbis, a duobus caeli luminibus Sole, & Luna regulatur; Primo, assimilando spirituales; Alteri vero saecularem potestatem.

Pro antiquorum autem temporum statu ejusdem Orbis duo constituebantur Principes, primique utriusque fori, ac potestatis Regulatoris, a quibus alii Rectoris, & Magistratus dependentiam habent; Papa scilicet cui Solis attribuitur congruit, & Imperator, cui illud lunae. Haec autem prima comparatio Solis in Papa, hodie quoque viget ob unitatem capitis, quod socium, vel aequalem in Catholica Ecclesia non admittit; Altera vero non ita, dum in quolibet supremo principatu hodie discreta potestas est, atque pluraliter admittit ob ejusdem Imperii celsuram, qua tot, tantoque produxit saecularis Principes, quorum quilibet in sua ditione Imperator dicitur, tantamque habet in suo imperio potestatem, quantum antiquus Romanorum Imperator in toto Orbe sibi subiectione habebat; Ideoque tot censentur Orbes, quot sunt supremi, ac independentes Principatus, in quorum quolibet, proprio Principi praefatum Luna attribuitur congruit, Sole vero spirituales omnes hos Catholicos Orbes generaliter, & unice illuminante.

Quodlibet igitur ex his jurisdictionis, vel fori generibus diversas habet sub speciebus discretas, quae tamquam sidera in hoc politico firmamento coruscant comparative ad duo majora luminaria; Ad illud scilicet Papae, in Patriarchas, Primates, & Legatos, Archiepiscopos, & Episcopos, aliosque Praelatos, & Ecclesiasticos Magistratus dividuntur; Ad illud vero Principis saecularis sunt Praesides, Proconsules, Gubernatores, Barones, alique Magistratus, & Officiales saeculares, qui diversas habent species, Aliqui scilicet in forma singulari, & alii in forma collegiativa, quam pro nostri communicabilis Orbis moribus constituunt Rotae, Consilia, Parliamenti, Senatus, & similia, sub diversis vocabulis pro variis regionum moribus explicari solita.

In eisdem utriusque Fori Praelatis, vel Magistratibus, diversae dignoscuntur jurisdictionis species; Aliorum etenim ordinaria, Aliorum vero delegata est jurisdictio, sive aliquorum est prima, aliorum vero est secunda, vel ulterior instantia: Ita proinde hoc jurisdictionis genere in plures, ac diversas species distribuitur.

In singulari item species, altera quoque distinctio subintrat, competentia, vel incompetentia, sive eadem in omnibus posita competentia, majoris unius, quam alterius.

Competentia quoque eandem recipit magis genericam distinctionem utsoe ab initio insinuatam inter utrumque generalem forum Ecclesiasticum, & saecularem, ut scilicet in personis, vel causis ad Ecclesiasticum pertinentibus, generatim quilibet fori saecularis iudex, vel Magistratus incompetentis reputatur; E converso autem, in personis, & causis fori saecularis, quilibet iudex fori Ecclesiasticus sit incompe-

tens, istaque dicitur generica competentia, vel incompetentia.

Et tamen inter utramque differentia dignoscitur, ut in personis, & causis fori spiritualis, ea iudicis saecularis, habituali, ac omnimoda ex Partium consensu non sit prorogabilis; E converso autem ea fori spiritualis in personis, & causis fori saecularis, hanc prorogationem admittit. d. Specialis vero competentia in quolibet foro cum proprio personarum, vel causarum genere respective, ex pluribus manat causis, vel fontibus; Origine scilicet, Domicilio, Contractu, Destinata solutione, Delicto, Bonorum solutione, Beneficio, & Feudo; Aliis quoque; extraordinariis, sive accidentibus existentibus competentia causis; Consensu scilicet vel prorogationis; Offensa, vel turbata jurisdictionis; Offensarum auriis, & susceptae administrationis cum similibus; Itaque generaliter aequi uni, ac alteri foro respective in proprio genere, seu sphaera congruunt. e. Accidentalem & converso incompetentiam producit in eadem sphaera, vel genere, exemptiva privilegia, ob quae ille, qui alias ex praescriptis causis competens esset, incompetentis fiat; f. Eandemque incompetentiam pro locorum, praesertim vero magnarum Civitatum moribus civilium, & criminalium causarum divisio producit, ut civilium iudex criminalium sit incompetentis, & e converso criminalis civilium incompetentis censetur, quamvis eadem sit persona utriusque subdita. g. Causarum connexionem quoque, vel prejudicialitatem, incompetentem efficit eum, qui alias competens esset, ejus competentia ab alia majori suffocata; sicut etiam inter aequales unius preventio legitime sequuta, alios reddit incompetentes. h.

De utriusque autem generis concursu prius agere congruit, quae scilicet ad unum, & quae ad alterum pertinent forum, ut his praecognitis de concursu Magistratum ejusdem fori respective agatur.

Causarum connexionem quoque, vel prejudicialitatem, incompetentem efficit eum, qui alias competens esset, ejus competentia ab alia majori suffocata; sicut etiam inter aequales unius preventio legitime sequuta, alios reddit incompetentes. h.

De utriusque autem generis concursu prius agere congruit, quae scilicet ad unum, & quae ad alterum pertinent forum, ut his praecognitis de concursu Magistratum ejusdem fori respective agatur.

- a. tit. de praesentent. disc. 26. & Miscellan. Eccles. disc. 1.
- b. ad disc. 1. Miscellan. & in Relat. Curiae, disc. 2.
- c. tit. de Regal. disc. 1. a. ad disc. 1. & 2. Miscellan. Eccles.
- d. hoc tit. pluribus. e. hoc tit. disc. 28. & seqq.
- f. ibidem. g. hoc tit. disc. 77. & 79.
- h. hoc tit. disc. 74. & 76. cum seqq.

II.

De concursu utriusque fori Ecclesiastici, & Saecularis in genere, eorumque respective competentia, vel incompetentia inter se.

Spirituali, vel Ecclesiastico foro privative ad saecularem incompetentem cum illa habituali incompetentia, quam omnimoda dicitur, de Partium consensu non prorogabilis, subjacent aliqua personae, loca, seu bona, & causae; Ideoque quatuor distinctae desuper cadunt inspectiones, super personis scilicet, super locis, super bonis, & super causis.

Personae Ecclesiasticae Foro, privative ad Saecularem forum subiectae censentur omnes illo, quae Ecclesiasticae, vel spirituali militiae in utroque ordine, vel clero, saeculari, & regulari adscriptae sunt; In saeculari scilicet per primam tonsurae assumptionem, magis vero per alios superiores ordines minores, ac majores; In regulari vero per illum formalem, ac solennem habitus Regularis assumptionem futurae designatae professionis preparatoriam, per quam in formali statu novitii, vel Regularium Superiorum obedientiam constituunt, non autem per illam habitus assumptionem, quae devotionis gratia fiat, in saeculo adhuc permanente; Quamvis enim Novitii veri Religiosi non personae tamen Ecclesiasticae ad hunc fori effectum reputantur. i.

In reis conventis tamen, non autem in actoribus, haec privativa subiectio procedit, cum Clericus actor, laicum reum in suo laicali foro conveniat; Illaque conventio praesumpta, pro Regionum, vel Tribunalium sibi, qui variis sunt in eodem laicali foro quandoque datur ejusdem Clerici actoris reconventio, in eo in quo reus etiam existat. m. Quod tamen (ut praesens est) certam non recipit regulam, cum diversam habeat praxim, cui deferendum videtur.

Eorundem item Clericorum, vel Ecclesiasticorum personarum, quamvis Reorum partes gerant, quandoque laicali foro subiectio datur, ratione scilicet feudi, quod ab eis obtineatur in iis, quae ipsum feudum ejusque dependentias concernant; Sive ob enormitatem criminis, ob quam canonice hoc fori privilegio eos denudant, ut in crimine

praesertim veri, ac formalis assassinii statum est, aliisque similibus, in quibus tamen certa, & generalis regula non habetur, ob diversos Regionum, ac Principatum stylos, vel mores, quibus sive de jure, sive de facto deferri debere, quandoque praxis docet. o.

Sive ubi de iis agatur Clerici, qui in minoribus tantum ordinibus constituti, atque de Ecclesiastico non provisi beneficio, illis carenti requisiti, quae Tridentinum Concilium hunc effectum necessaria reputavit, incestus nempe in habitu, & tonsura Clericali, cum servitio Ecclesiae, cui sit addictus. p.

In laicis e converso, qui pro generali regula, laicali foro subiecti sunt, & qui ubi Rei sunt, ad illum, non autem ad Ecclesiasticum trahi debent, & ejusdem Ecclesiastici fori subjectionem accidentalem inducit, Episcoporum, vel Cardinalium familiarium, vel Ecclesiarum, & Monasteriorum servitium, cui persona formiter, ac pro majori vitae parte addita sit; r. Idque pariter certam, ac generalem non admittit regulam, ob nimium diversam Regionum, vel Principatum praxim, cui deferendum venit, quando ea legitima sit.

In aliorum Ecclesiasticarum, sive ab Ecclesia approbatarum militiarum, & Congregationum, aliorumque similiarum priorum institutorum, qui tamen veram Religionis formam non habent, neque Religiosum, seu Regularem statum imprimant, quaestio cadit super earum comprehensione sub hoc genere Ecclesiasticarum personarum, cum quibus Ecclesiastici fori privativam habeat competentiam; Id autem pariter certam, ac generalem non admittit regulam, ob eandem Regionum, ac Principatum diversam praxim, cui deferri solet. s.

In iis quoque locis, in quibus orientalium, seu Graeci Ritus Clericorum usus habetur, cum uxoriibus, & filiis, quaestio item cadit, an persona Clerici uxori, & filiis istud fori privilegium communicet, variis varia sententibus, quod pariter a receptis locorum, vel Principatum moribus, & praxi decisionem expectare videtur.

Sub altero vero locorum fori Ecclesiastici genere, extra quaestiones cadunt Ecclesiae, & Monasteria, aliae formales domus Regularium utriusque sexus illaque domus Clericorum saecularium, qui ad instar Regularium collegialiter, atque in quadam dilastrali figura convivant. t.

Involuta quaestione cadente, in Hospitalibus, aliisque locis, quae ad pietatis opera erectae, & destinatae sunt, & in quibus laici pie se exercent, etiam in divinis, sacrisque functionibus, ut in Oratoriis, & Confraternitatibus, aliisque similibus institutis contingit; cum ea tamen distinctione, pro magis recepto sensu, quaestio decisionem recipere videtur, an cum Ecclesiastici Superioris legitima autoritate, aliisque Canonum requisitis, loci, vel operis erectio sequuta sit, ut tunc Ecclesiasticam naturam sortiatur, ideoque de Ecclesiastici fori pertinentiis censi debeat ipse locus, vel Universitas; In singulis tamen, quoad ea, quae eorum personam, ac bona concernunt, laicali perseverante qualitate; His autem requisitis non accidentibus, plus quidem, non autem Ecclesiasticus locus veniat censendus, ideoque fori laicalis exemptionem non obtinet; Advertendo tamen, quod in utroque casu certa, & generalis regula non cadit, ob eandem Regionum, & Principatum diversam praxim, diversosque stylos, & mores. u.

In tertio bonorum, vel iurium genere, distinctio est, inter ea, quae naturaliter, & intrinsece Ecclesiasticae sunt, quaelem naturalia jura spiritualium decimarum, vel causa matrimoniales, & similia, ut in eis eadem privativa Ecclesiastici fori competentia cadat, neglecta qualitate personarum, inter quas contentio sit. v.

Ubi vero de indifferentibus, atque de sui natura bonis, vel iuribus laicalibus agatur, eadem competentia, a qualitate possessoris pendet, ut personam regulariter sequantur, ejusque foro subiacent; Pariter vero id certam, ac generalem non habent regulam, ob eandem praxim, ac morum diversitatem; Potissimum vero, ubi ipsorum bonorum preventio, vel subiectio foro laicali iam impressa sit, quia nempe post capium laicale jurisdictioni, Ecclesiasticum possessorem obtineat, vel in eodem possessore status immutatio sequatur. y.

Quaestio cadente, ubi Ecclesiae, vel Clerici jus, vel dominium remotum, ac mediarium sit; Et contentio solum inter laicos, de utili, vel subalterni dominio certantes habeatur, ut in feudibus, & emphyteuticis, seu livellaris bonis contingit, quae de Ecclesiariis directo dominio existant; Idque pariter certam non habet regulam, ob diversam Regionum, ac Principatum praxim; Attamen nimia

probabilitas illi videtur assistere opinioni, quae ad qualitatem habentium proximum, & immediatum interesse respicit, cum Ecclesia domina directa in causa non existente, nullumque habeat interesse, ejus proinde privilegium communicari non debeat, quando super unius, vel alterius contententium majori pertinentia sit quaestio. z.

Causarum item quartum genus, quod ad forum Ecclesiasticum pertinet, eas complectitur causas, quae proprie spirituales sunt, sive spirituales concernant, sive animae fori respiciant, (ex gr.) sunt illae Ecclesiasticorum beneficiorum, Fidei, censurarum, matrimoniorum, spiritualium decimarum, usurarum, quando de usuris agatur declarandis juramenti directa obligatione, vel relaxatione, pariter ut iuris est, cum similibus, in quibus tamen, vel Juristarum subtilitates, vel Principatum leges, vel styli, quaedam introduxerunt distinctionem inter cognitionem facti, & illam juris, sive inter spiritualitatem, & temporalitatem, quasi quod fori laicalis in his quoque causis, facti vel temporalitatis competentiam habeat, ideoque remanet materia certa, & uniformis regulae incapax, ob nimiam varietatem praxim, super cuius commendabili, vel damabili qualitate integer veritatis locus relinquatur, cum silentii sepulturam in hac praesertim materia veritatem pati necesse sit.

Iis vero exceptis, in quibus haec peculiaris Ecclesiastici fori competentia intrat; In reliquis omnibus foro laicali regula generalis assiluit per hujusmodi limitationes in reliquis firmata.

Tertia vero, seu mixta datur species causarum, quae mixti dicuntur fori, utpote ad utrumque Ecclesiasticum, & saecularem, sive spirituales, & temporales quoad punishmentem pertinentes, ut sacrilegii, usurarum, adulterii, concubinitus, aliae similes reputantur, ut inter utrumque forum ejus qui praevenerit, major sit competentia, vel melior conditio; non autem ipsius puncti cognitio, vel decisio, ut iuris est; Pariter autem id certam, ac generalem non recipit regulam ob diversam Regionum, vel Principatum praxim, quae uni foro privative ad alterum, ubi de laicis agatur, cognitionem de facto desert.

Altiores, inter utrumque forum cadunt quaestiones territorii, vel Papalis potestatis, etiam in temporalibus super Principum, ac Principatum institutione, destinatione, concessione, privatione, unione, vel divisione, aliisque similibus, de quibus alibi occasione agendi de Papa, ejusque potestate aliquid insinuatum est, ideoque ibi videndum. a.

- i. hoc tit. disc. 92. & tit. de Regular. disc. 43. & 49. & sequens.
- l. hoc tit. disc. 62. m. hoc tit. disc. 94.
- n. tit. de feud. disc. 34. & 54. & hoc tit. a. disc. 94.
- o. disc. 94. p. in annot. ad Conc. Trid. disc. 24.
- q. disc. 62. r. hoc tit. disc. 4. & 33. t. hoc tit. disc. 45. & 92.
- u. tit. de Regular. disc. 50. v. tit. de Regular. a. disc. 50.
- w. per tot. u. hoc tit. disc. 40. cum plur. seq. & disc. 95.
- x. tit. de decem. & de marrim. & hoc tit. disc. 47.
- y. disc. 94. hoc tit. z. disc. 37. de iudicis.
- a. infra, num. 73. & seqq.

III.

De controversis jurisdictionalibus fori Ecclesiastici inter plures ejusdem fori Praelatos, & Superiores Magistratus contententes inter se de jurisdictione activa.

Um Papa, si ipsius certa voluntas accedat, nulla remanet quaestio potestatis, ex parte altero Praelatorum, & Ecclesiasticorum Magistratum in iis, quae Ecclesiasticum, ac spirituales forum concernunt, sive sint Episcopi, aliae locorum Ordinarii, sive Metropolitanis, sive Primates, & Patriarcha, sive Legati; Non datur etenim quaestio systerum adversus Solem, neque fluminum adversus mare, a quo ipsa manant; Est etenim Papa universi Orbis, & Ecclesiae Catholicae Episcopus, & Ordinarius, a quo iuxta veteres Catholicas opiniones, omnes alii dependentiam habent; Ideoque volens, in utraque contentiosa, & voluntaria Ecclesiastica jurisdictione, & potestate, atque tam in causarum cognitione, quam in beneficiorum, & officiorum provisione, Ordinarios, aliosque Praelatos ad quos pertinet, praevenerit potest, quinimodo praeventas causas advocare, ut per se ipsum cognoscatur, vel aliis cognoscendas committat.

Non solet autem potestatem hanc ad exercitium deducere, nisi in magnis, & gravius causis pro ejus arbitrio, quod certam generalem non habet regulam, cum a singulari

Ubi etenim instantiarum diversitas accedat, quia nempe unus primar. Alter vero secundar. vel ulterioris instantia fit
 64 Judex. Vel eadem generis causarum diversitas adfit, ut unus criminalium. Alter vero civilium sit Judex. Vel unus popularitatis, ac indifferentium, alter vero fiscalium, vel militarium, sive alterius certi generis habeat cognitionem, tunc non majoris, vel minoris competentia concursus intrat, sed affirmativa, privativaque competentia unius, cum negatione alterius, ob instantiarum, vel causarum diversitatem, quae jurisdictionis defectum inducere dicitur, ut superius agendo de ordine fori Ecclesiastici insinuatum est. Ideoque aliud est agere de unius competentia, ob alterius incompetentiam, & aliud de majoris incompetentia concursu inter plures aequae competentes.

Eam vero incompetentiam, quam instantiarum diversitas producit, viduarum, pupillorum, aliarumque miserabilium personarum privilegium tollit, quod electionis, seu variationis fori dicitur, ut neglecto prima instantia Judice, Principis, vel supremi Magistratus Tribunal adiri valeat, dummodo loci diversitas accedat, cum in eodem loco ista non detur electio, seu variatio. Idque in foro etiam Ecclesiastico procedere magis receptum est, quamvis contradicentes non desint. Certam tamen, ac generalem hoc privilegium regulam non admittit, cum Regionum, ac Principatum diversae leges, vel mores, nimirum diversam desuper habeant praxim, super perhorrescente argumento, vel super variatione, ac etiam in revariatione ipsarum; personarum qualitate, an inter miserabiles pro huiusmodi privilegii competentia recenseri debeant.

In eisdem itaque aequalis competentiae concursus, qui specie non differat, neque majorem, vel respectiva minorem habeat prerogativam. Praeventientis potior conditio est, ubi legitima sit preventio, quae facti potius, quam iuris habeat inspectionem, an fraudulenter, vel affectata sit, sive in solo conatu, vel preparatione, inter Actorem, & Reum, ut Actoris respectu sola petitio, vel comparitio, aut rei decretata citatio in eius praedictum litem introductionem causet; Rei vero conventi respectu citationis legitima executio requiritur. Id autem certam non habet, ac uniformem regulam, cum a locorum, vel Tribunalium legibus, ac styli frequentius diversis, diversam recipit praxim; Alicubi etenim magis privilegatus delicti foris preventioni quoque prevalere solet, pro facti tamen qualitate, & circumstantiis.

Legitima vero preventio cessante, sive ubi ejus efficaciam creditoris privilegium tollat, ideoque integra adhuc esse dicitur, Actoris electio est unum, vel alterum habere Judicem in novo prima instantia iudicio. In altero autem appellationis, in quo de secunda, vel de ulteriori agitur, electio est appellantis.

Bonorum situatio, vel patrimonii diversitas, originis, vel domicilii, suffocant competentiam, quia nempe in eo patrimonio, vel in ea bonorum specie diversus ille reputetur homo, ut in iis, qui in diversis Principatibus, baronias, & feuda, vel domnia possideant, sive in diversis Diocesis possideant beneficia, quae iudicio occasione praebent, praxis docet.

Eorumdem bonorum diversa situatio, quamvis sub una cadant universitate, vel patrimonio, seu hereditate, majoris, vel minoris competentiae producit quaestiones, quia nempe directa, vel fideicommissaria hereditate in diversis locis, vel ditionibus bona habente, casualitque connectione, vel puncti identitate exigente, ut ejusdem Universitatis pertinentiae quaestio sub uno agatur Judice, quoniam magis competens censendus veniat; Aliis volentibus locum domicilii defendenti; Aliis illum domicilii haereditis, qui ad fideicommissi restitutionem, seu legatorum solutionem tenentur; Aliis, ut ille attendatur locus, in quo hereditatis major pars existat; Et aliis, ut ille locus, in quo bona magis antiqua, & consuetudine, sive, ubi ejusdem hereditatis caput existat. Certam vero id regulam non recipit, cum a locorum styli, vel Superiorum arbitrio, aliique facti circumstantiis, vel juris distinctionibus in sua sede recensitis, decisionem expectet.

Connexionis, vel praedictualitatis ratio, inter aequae con-

tendentes, uni majorem competentiam deserit; Alteri vero negat. Vel quia timor, sive inconveniens plurimum invicem pugnantium sententiarum, super eodem puncto a diversis Judicibus proferendarum, coram uno, exigat unionem. Vel quia sententia, quae in uno emanat iudicio, rei iudicatae exceptionem in altero parere apta fit. Sive quia aequitas prohibeat, ut pro eadem re, cogendus idem reus, & possessor sit plura iudicia coram pluribus subsistere Judicibus, vel ut idem Actor, pro ejusdem actionis experimento, sive pro eodem statu firmando idem incommodum pati cogatur, cum plerisque similibus, in quibus facti circumstantiae arbitrium regulantes, magis vero locorum, ac Tribunalium styli, magnam fortiuntur partem.

Inter Judices praesertim, qui eandem habeant cum personis jurisdictionem, & competentiam, diversa vero sit cognitio, pro diverso causarum genere, quia nempe unus civilium sit, & alter criminalium, ideoque ubi una, eademque causa inter eadem personas in utroque civili, & criminali iudicio coram utroque Judice inveniatur, ob praedictualitatis rationem, ille, qui praeventi alteri inhibet, ut iudicet, vel causa coram eo ceptae exitum expectet.

z hoc tit. disc. 69. & 72. & in aliis. a hoc tit. disc. 57. & tit. de iudic. disc. 3. b tit. de iudic. disc. 3. c hoc tit. disc. 87. & tit. de success. disc. 9. d ibidem. e hoc tit. disc. 77. & 79. & saepe.

V I.

De aliis generaliter ad materiam pertinentibus remissioe.

Per laque alia etiam graviora, majorisque momenti, sive in praxi minus frequentia in hac jurisdictionali materia cadunt in sua sede, parum, vel nihil peracta, & quae non de facili certam recipiunt regulam, sicut compendio explicabilem, pro diversis locorum, ac Regionum legibus, vel moribus, sive ex politiciis rationibus legum, vel iuristarum subiectionem non agnoscunt, ut praesertim ea est superioritatis inter Papam, & Concilium generale, quae adeo magnam habet opinionum scissuram, inter Theologos, & Canonistas, sive inter Citramontanos, & Ultramontanos, fors tamen practicus externus, pro judicialibus causis decidendis, de quo solym viri forensis est agere, priorem recipit, ac servat opinionem superioritatis Papae supra Concilium, quod sine ipsius auctoritate minus legitimum sit, quodque conciliaribus decretis derogandi, vel dispensandi jurisdictionem, ac potestatem habeat. Pro voluntate autem regulanda, utpote in dubio non praesumenda, specialis mentio desideratur, aequipollenti tamen non excluda voluntatis probatione implicita, vel administrativa. Tridentino excepto, quod huius generalibus venit derogatoris, ita ejus circumscriptoria Constitutione disponente.

Super eisdem Papae territoriali, ac temporali habitu iurisdictione supra laicos etiam Principes in universo Orbe, non modica quoque est quaestio, quae ab aliis distinctionibus aliquam probabilem a contradictionibus non immunem recipit decisionem in sua sede latius recensitam. Ubi etiam de iurisdictione Collegii Cardinalium Sede Papali vacante peractum est.

Econverso, non modica opinio est scissura, consuetaque Scribentium factionaria contentio est super Regum, vel Principum secularium iurisdictione, ac potestate in seculari, & regularem Clerum, aliisque Ecclesiasticis personas, vel Ecclesiastica loca, vel ex antiquis Apostolicae Sedis concessionibus, ac delegationibus, vel ex causa status, seu ex illa publicae necessitatis, vel utilitatis in iis, quae iure naturae vel gentium omnes aequae concernant, nulla personarum data exceptione, ut praesertim in humani, vel divini belli casibus, aliique similibus, disputandi occasio praebere solet, adhuc tamen, sive de iure, sive de facto certam id non recipit regulam, atque pro singularum casuum qualitate, & circumstantiis, sive pro diversis Regionum, & Principatum moribus, vel styli decisionem recipere solet. Ideoque haec, & familia compendii in capacia, sunt in suis sedibus, pro rerum contingentia videnda.

f in Relat. Curiae Romanae, disc. 2. & 3.

Finis Partis Primae Tertii Libri.

JO. BAPTISTAE
 CARD. DE LUCA
 Libri Tertii Pars Secunda,
 DE PRÆMINENTIIS, ET PRÆCEDENTIIS.

URBINATENSIS JURIS
 METROPOLITICAE
 PRO EPISCOPO ET CIVITATE EUGUBINAE
 CUM ARCHIEPISCOPO URBINATENSIS.

Discursus in congressu pro directione causae praecedentis in Sacra Congregatione Concilii.

An & quando erectio alicujus Ecclesiae metropolitanae in parte effectuatua cesset in aliqua Ecclesia suffraganea, & non usum, seu ob aliquas particulares circumstantias inducentes defectum intentionis Papae; Et aliquam de Provincia Romana intra ambitum 100. miliarium, an in ea detur aliquis Metropolitanus.

S U M M A R I U M.

- 1 Falli series.
- 2 Mensura distantiae de loco ad locum quomodo faciendae sit remissioe.
- 3 De duplici persona quoad spiritualia concurrente in Papa.
- 4 Papa habet iurisdictionem in toto mundo etiam cum iure territorii.
- 5 Vicarius Urbis dicitur in ea Ordinarius loci.
- 6 Territorium, seu Diocesis particularis Urbis quantum se extendat, & de Urbis districtu.
- 7 Praesertim ex veteribus iurisdictionem intra breviorum modernum districtum 40. miliarium quid operetur.
- 8 Intra latiorum districtum 100. miliarium nullus adest Metropolitanus.
- 9 Quales acatur Provincia Romana, seu Papa.
- 10 Litterae Apostolicae, ac executionem obtineant, debent iustificari in omnibus narratio.
- 11 Falli accedente consensu interessatorum.
- 12 De erectionibus Cathedralium, vel Metropolitanarum quomodo fiant, & an egeant iustificatione.
- 13 Saluum Decretum Con-sistoriale etiam sine literis sufficit ad erectionem Cathedralium, vel Metropolitanarum.
- 14 Erectiones Cathedralium sunt ad preces Principum.
- 15 Datur distinctio inter gratias exigentes, vel non exigentes factum hominis.
- 16 An non usus tollat effectum erectionis, seu gratiae.
- 17 Quae requiratur ad praescribendam exemptionem a iure metropolitico.
- 18 Effiugatio in parte sufficit.
- 19 In gratia de sui naturae praedictualibus, non curantur praedictualitatis & consuetudinis.
- 20 De erectione Ducatus Urbini remissioe.

D I S C I.

Postquam sub Paulo III. juxta seriem, de qua in Senogallien. Castrorum sub tit. de feud. disc. 1. Rectori possessores plurium Civitatum, & domitorum sub diversis stulis, obtinuerunt in eis infimul unitis erigi Ducatum Urbini tanquam speciem unius Provinciae, seu Principatus; Capientes idem in spiritualibus quoque sequerentur, obtinuerunt a Pio IV. consistorialiter, & in forma consueta, Ecclesiam Cathedrali Urbinatensem, erigi in Metropolitanam, eisdem in suffraganeas assignando Ecclesias Placent. Forosempren. Callien. Senogallien. Feretan. & Eugubinae assignata ratione, quod sicut in temporalibus omnes dictam Civitatem in Metropolitum huius Status agnoscent, ita pro majori suffraganeorum commodo, utilitate, & decore, idem sequatur in spiritualibus absque necessitate in causa appellationis aequi cum majori sumptu Romanam

Curiam, dictaque erectioni assensum praebuerunt omnes alii Episcopi, cum quibus ex tunc illico jus metropolitico absque aliqua contradictione effectum sortiri coepit, excepto Eugubino, attento quod ea Ecclesia tunc in commendam possidebatur per Cardinalem Sabellum unde propterea in eadem erectione disponitur, illam dictam commendam durantem, suspensam remanere debere, effectum tamen sortitum immediate post eam cessatam; Cum autem inter dictas Civitates Urbinatensem, & Eugubinae antea vigerent simulationes, unde propterea ista Eugubinae huiusmodi subiectionem erga aliam nimirum ageretur, ob reverentiam tamen Ducum non auderet se directe opponere. Hinc dicta dominatione durante, studiosè curatum fuit, post casum dictam commendam, effectum quo magis fieri posset dictae subiectionis praesidium, ita ut facti rati fuerint casus, in quibus dictus Metropolitanus suas partes in hac diocesi, exercuerit; usque ad tempus revolutionis fandi, quae facta de anno 1631. levato velo, Episcopus, Civitas, & Diocesis, dictam subiectionem negando, se conservare curant in antiquo statu exemptionis, ac immediate subiectionis Sedis Apostolicae, adeunt, Ughellus in 1. primo Italiae Sacrae, in quo agit de solis Episcopibus exemptis a iure metropolitico, & Sedi Apostolicae immediate subiectis, inter eos illos collocaverit; Verum de anno 1661. modernus Archiepiscopus huiusmodi praetensionem excitando, obtinuit a Sanctissimo reclusi Sac. Congregationis Concilii, ut huiusmodi controversiam summario, & sine figura iudicii pro de iure cognosceret, & terminaret. Unde propterea ex parte Episcopi, & Civitatis, plurimum Advocatorum, pro directione, ac defensione, convocatus fuit congressus, in quo, ut infra, varia inveniuntur fuerint motiva, quibus tamen, ob difficultates a me inter congregatos juniores excitatas suspensis.

Determinatum fuit, amplectendum esse motivum a me deductum quamvis ab aliquibus primo aspectu reputatum singulare, ac extra professionem iustitiae, super defectu scilicet intentionis Papae erigentis, ob ignotam, & forte non consideratam facti circumstantiam, quae istam Ecclesiam ab aliis suffraganeis praedictis diversificat, quia nempe esset infra ambitum 100. miliarium, & sic intra Provinciam Romanam, in qua nullus datur Metropolitanus.

Quod motivum plausum habuit apud Sac. Congregationem, quae proinde mandavit mensurari distantiam, ad effectum inspicendi, an dicta Civitas esset intra huiusmodi ambitum, ut ex hac parte pro constanti supponebant, vel extra, ut pretendebatur ex parte Archiepiscopi huiusmodi circumstantiam negantis & hoc stante caetera ulteriorem progressum luculone non habuit, unde propterea desuit occasio disputandi super huiusmodi mensurae modo, an scilicet per aere, vel per terram fieri deberet, & quatenus hoc secundum modo, an per lineam rectam, & per agros, vel potius per vias usitatas, vel respectiva inusitatas, seu scortos, de quo aliquoties habetur actum in Murana erectionis Conventus sub tit. de Regularibus.

Dicebam igitur in discursu desuper habito, Papam, quatenus pertinet ad spiritualia, duplicem personam representare, unam, in qua dicitur Christi Vicarius, militantis Ecclesiae caput visibile, totiusque Orbis Episcopus, ac Ordinarius Ordinationum, eundem Orbem habens pro diocesi, damnata proflus sententia volentium huiusmodi generalem jurisdictionem esse in personam non autem cum iure territorii, quae propositio per aliquos circa annum 1650. in campum deducta, per Sac. Congregationem Inquisitionis, causa mature cognita, tanquam temeraria, imò haeretica expressè damnata fuit, ut habetur inter illa mea vota, seu annotationes quas occasione efformandi in hoc puncto votum ad petitionem ipsius Cardinalis, ex prudentialibus motivis congruit vigeret sub tenebris.